Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



311

aliae sellae terrena aliud tribunal caelorum; Ab inferiore accipit sen
tentiam a superiore coronam; Nec dam nabit eum cum iudicabitur illi,
sed quando erit noli modo putare. tempus laboris est. tempus seminis est.
tempus frigoris est. & si inter uentos. & si inter pluuias semina. Noli esse
piger. Aestas uenia. quae tela rapica. In qua tempe zaudies seminasse;
Quid ergo faciomodo; Expectadum; Et cum expecto quid ago. &
custodiuia meius; & si custodiero quid accipio; Et exaltabit te ut here
ditate possideas terra; Quam terram iterum ne aliqua uilla occur
rat animo; Illam de qua dicitur. Uenite benedicti patris mei percipite
regnum quod uobis paratum est. ab initio mundi; Quid de illis qui
nos angustauerunt. Inter quos gemuimus. quorum scandala tole
uimus. pro quib: seuientib: frustra contriuimus. quid de illis erit;
Sequitur; Cum perierit peccator si uidebis; Et cum de proximo
uidebis. uteris ad dexteram. alia ad sinistram; hoc ad fidei oculos
pertinet. quos fidei oculos qui non habent. dolent felicitatem impio
rum. & putant se sine causa esse iustos. qui auident hic florere impios;
Qui autem habet oculum illum fidei quid dicit; Uidi impium super
exaltari & eleuari super cedros libani; & puta quia super exaltatus est.
puta quia eleuatus est. quid sequitur; Et transiui & ecce non erat
& quaesiui eum & non est inuentus locus eius; Qui a transiti sicut
carnaliter ad hucc o gitas. & ista terrena felicitas. uera feli
citas ibi uidebitur; Nondum transiti aut aequalis illi es. aut in
feres; profice & transi & cum proficiendo transieris. adtendis eum
fidei uides nouissima ipsius. & dicis tibi. ecce non est iste qui sic cumu
erat; Quomodo si transieris iuxta fumum. Nam & hinc dictum est
In isto psalmo superius. deficiente uelut fumus deficient;
Et rigitur In altum fumus & in globum cumidum pergit. quanto ma
gis attollitur. tanto amplius intumescit; sed cum transieris
attende poste. postenim fumus si est antedis. noli posterior ex
desiderio attendere. sicut attendit uxor loth & remansit in uia;
Sed respice ex dispectu. & uidebis impium nusquam esse. & quere
locum eius; Quis est locus eius quomodo habet potestatem.
habet diuitias habet quendam ordinem suum in reb: humanis.
ut multa ei ob sequantur. ut iubeat & audiatur. iste locus non erit
sed transita. ut ut possis dicere transiui & ecce non erat;